DISSERTATIO PRACTICO MEDICA INAUGURALIS

DE

MORBIS EX HUMORE BILIOSO CORRUPTO ORIUNDIS.

QUAM

Adſpirante Summo Numine;

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris

D. HENRICI VAN HAASTENBURG,

A. L. M. Medic. & Phil. Doct. atque in Illuſtri DUCATUS GELRIÆ & COMITATUS ZUTPHANIÆ Academia, quae eſt HARDERVICI, Medicinae, Praxeos & Chirurgiae Profeſſoris Ordinarii.

NEC NON

Conſenſu Ampliſſimi SENATUS Academici, Nobiliſſimaeque Facultatis MEDICÆ *Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS, Summiſque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis ritè ac legitimè conſequendis,

Eruditorum Examini ſubmittit.

JOHANNES BIESMAN, Bergenſis ad Zomam.

Ad diem 18. *Aug.*, *hora locoque ſolitis.*

HARDERVICI,

Apud JOHANNEM MOOJEN, Academiae Ducatus Gelriae, & Comit. Zutph. Typograph. Ord.

CIƆ. IƆ. CC. LVIII.

AMPLISSIMO, SPECTATISSIMO,
CONSULTISSIMO
ATQUE INCLYTÆ FAMÆ PRÆCLARO
VIRO

D. HUGO CORNETS DE GROOT

J. U. D. URBIS ROTERODAMENSIS SENATORI GRAVISSIMO, DIGNISSIMO, EJUSDEM URBIS HOC TEMPORE CONSULARI DESIDERATISSIMO, HONORATISSIMO: ILLUSTRIUM AC PRÆPOTENTIUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ ORDINUM PUBLICIS REBUS VEREDARIIS PROCURANDIS PRÆFECTO.
NEGOTIORUM SOCIETATIS INDIÆ ORIENTALIS IN CAMERA ROTERODAMI DIRECTORI VIGILANTISSIMO, ACCURATISSIMO: A ME MEISQUE OB SUMMAM CUM PATRE MEO BEATÆ MEMORIÆ FAMILIARITATEM ATQUE AMICITIAM OMNI HONORE, OBEDIENTIA AC VENERATIONE, DUM VITA FRUOR, AFFICIENDO, PROSEQUENDO, EXCIPIENDO, OBSERVANDO.

NOBILISSIMIS ATQUE SPECTATISSIMIS

D. CORNELIO BIESMAN

OENOPOLAE, FRATRI MEO UNICO CHARISSIMO AD ULTIMUM VITÆ HALITUM FRATERNE CONSTANTERQUE DILIGENDO.

D. F. C. CHATELAIN

PRÆTORI ST. ANNELANDIÆ, STAVENISSÆ, PHILIPPOLANDIÆ WESTKERKÆ, STRYENHAMII NEC NON QUÆSTORI ST. ANNELANDIÆ, AVUNCULO SUO CHARISSIMO, SUMMO STUDIO ET PIETATE COLENDO.

NEC

NEC NON

CELEBERRIMIS, CLARISSIMIS AC DOCTISSIMIS

VIRIS

D. HENRICO VAN HAASTENBURG

A. L. M. MED. ET PHILOS. DOCTORI, MEDICINÆ PRAXEOS ET CHIRURGIÆ IN ILLUSTRI DUCATUS GELRIÆ ET COMITATUS ZUTPHANIÆ ACADEMIA, QUÆ FLORET HARDERVICI, PROFESSORI ORDINARIO, PRÆCEPTORI AC PROMOTORI MEO REVERENDO H. T. RECTORI MAGNIFICO, PATRONO OPTIMO, OMNI GRATITUDINE ET AMORE AD CINERES USQUE LAUDANDO, HONORANDO.

D. PAULO 'S GRAEUWEN

MED. DOCT. MEDICINÆ UNIVERSÆ, THEORETICÆ, ET PRACTICÆ, ANATOMES, BOTANICÆ ET CHEMIAE IN EADEM ACADEMIA PROFESSORI ORDINARIO, ET PRIMARIO, PRAECEPTORI SUO SPECTATISSIMO, OMNI AMORE AD ROGUM USQUE CELEBRANDO, VENERANDO.

VIRO

PLURIMUM REVERENDO, DOCTISSIMO

D. JOHANNI JANSSEN

ORACULORUM SACRORUM INTERPRETI FACUNDISSIMO, IN ECCLESIA, QUAE BERGIS AD ZOMAM CHRISTO SERVATORI COLLIGITUR, PASTORI VIGILANTISSIMO, PRÆSTANTISSIMO, FIDELISSIMO, MAXIME COLENDO, SUMMOQUE HONORE AC REVERENTIA SUSCIPIENDO.

Dissertationem hanc in reverentiae, humillimi obsequii maximaeque charitatis tesseram, offero, dico, consecro.

JOHANNES BIESMAN,
Auctor.



DISSERTATIO PRACTICO MEDICA INAUGURALIS DE MORBIS EX HUMORE BILIOSO CORRUPTO ORIUNDIS.

CAPUT PRIMUM.

De Morbis ex Pinguibus ingestis & corruptis.

§. I.



Er humorem biliosum corruptum sensu latissimo, & in genere cum Veteribus intelligo quemcunque corruptum pinguem oleosum humorem, ubique in corpore contentum, sive fuerit natus ex ingestis pinguibus, sive ex ipso humore bilioso stricte dicto,

ſive denique è corrupto humore pingui univerſi corporis. Tres itaque erunt fontes, qui ſuppeditare poterunt materiam producendis morbis oriundis è Bilioſo corrupto humore. Singuli hi erunt examinandi, quem in finem diſſertationem in tria capita dividere conſtitui; Quorum prius tradet morbos oriundos ex pinguibus ingeſtis & corruptis. Alterum morbos exponet naſcendos ex humore bilioſo ſtricte ſic dicto. Tertium & Ultimum ſiſtet morbos, qui oriuntur ex corrupto humore pingui univerſi corporis.

§. II.

Notum eſt, nulla fere nos ingerere alimenta, quin contineant pinguem materiam, quae actione valente ventriculi, inteſtinorum & auxiliantibus Humoribus Menſtruis Saliva, Succo Gaſtrico, Pancreatico, Enterico, Bile utraque ita ſubigitur, ut nullo modo corpori noceat, ſed optimum nutrimentum corpori praebeat, haec actio ventriculi, ſi ob quamcunque debilitetur cauſam vel menſtrui humores ſaponaceam ſolventem amittant qualitatem, quam ſaepe amittunt, ſi humorum maſſa è qua ſecernuntur, â naturali degeneret indole, vel ſi alieni in ventriculum confluant humores, vel ipſi menſtrui humores, ſi requiſita non ſecernantur quantitate, licet naturali gaudeant qualitate, pinguis materia ingeſtis adhaerens vel miſta in ventriculo & inteſtinis locis calidis, ut ipſa ingeſta, â blanda degenerabit indole, ſpontanea corrumpetur corruptione, nutriendi privabitur vi, & in rancidum nocivum corruptum convertitur humorem, qui rancidam acrimoniam vel ſic dictum rancorem producit.

§. III.

§. III.

Corruptus & rancidus hic humor ventriculo contentus non modo periſtalticam ordinatam ventriculi turbabit & invertet actionem nauſeam & vomitum producit, verum etiam inappetentiam & quidem talem, quae omnium praeprimis tamen alcaleſcentium alimentorum faſtidio eſt conjuncta, generabit, nec ſolum moleſtiſſimum hoc ſymptoma generabit, quo aeger impeditur aſſumere, quae utilia ſunt, ſed longe graviora, ſi acrimoniam contraxerit ille humor, qualem contrahit longiore in ventriculo mora. Nimirum acer factus & ſenſili & irritabili ſuperiori ventriculi orificio applicatus, diram ſuo irritamento excitabit cardialgiam id eſt dolorem acutum ſub cartilagine Enſiformi in illo loco, quem ſcrobiculum cordis vocant, non quidem ſemper ibi percipitur dolor, ſed ſi vel mediante ructu, vel corporis motu, vel mutato ſitu applicetur dicto orificio acer ille humor. Praeter cardialgiam hanc, producet ructus rancidos, quoties humor corruptus rancidus convulſivo antiperiſtaltico fibrarum ventriculi & oeſophagi motu una cum materia aërea elaſtica ſurſum intra os pellitur, ructus hi foetorem ſpirant, eſtque halitus ob corruptum in ventriculo haerentem fomitem ſemper foetens, lingua apparet flava & intolerabili ſiti vexatur aeger, comitatur haec ſemper corruptum in ventriculo haerentem humorem, inſtigatur hac aeger ad aſſumendum potum, quo corruptus abluatur & commodius expellatur humor: mirum eſt obſervatu, quod dum aeger quaevis ingerenda nauſeat & horret, appetat potulenta aquoſa & acida, ipſo morbo incita-

tus ad applicationem auxiliorum, aquosa enim corrupta abluunt, acida corrigunt, semper observatur hic appetitus in stolido rustico aeque ac peritissimo Medico, si uterque eodem adfligantur malo, hunc in morbis observare & huic indulgere prudentem decet Medicum.

§. IV.

Si humor hic corruptus pellatur è ventriculo in intestina, ipsius corruptela omni momento augebitur ob aëris liberum accessum & intestinorum calorem & quia omnis vis ventriculi, intestinorum, reliquorum viscerum & vasorum huc conspirat, hac enim vi alimenta ab omni putredine aliena convertuntur in indolem nostrorum humorum, qui omnes putrescere possunt, eoque magis, si haec vis agat in putridum vel putredini proximum humorem. Humor hic ob dictam rationem magis corruptus & acer factus poterit irritare nervos per intestina dispersos, Spasmodicas intestinorum producere contractiones & has producendo generare vehementem intestinorum dolorem colicum dictum, maxime quia vi Saponacea corrupti pinguis humoris abraditur mucus tenerrimas nerveas sensiles per intimam intestinorum superficiem dispersas papillas defendens: Praeter hunc dolorem colicum, generabit etiam ructus, flatus & borborygmos, hanc ob causam, quia acer ille humor in intestinis haerens suo irritamento spasmos producit, quibus in diversis locis arctantur intestina, inclusus rarefit aër, distenduntur intestina & solutis spasmis cum impetu pellitur sursum ructus faciens, vel deorsum flatus generans, vel mutat tantummodo locum & per intestina cum murmure

mure oberrat producens ſic dictos borborygmos, accedit quod corruptus hic humor ipſe producat multam materiam elaſticam, quae haud parum facit ad abdomen & inteſtina diſtendenda & memorata ſymptomata producenda. Corruptus hicce humor facile inficiet & corrumpet bilem, haec corrupto ſtimulo dolorifice irritabit & ad continuas excretiones incitabit inteſtina unde putrida naſcitur dyſenteria, qua liquamen oleoſum putridum alvo excernitur, corruptum humorem producere poſſe dyſenteriam obſervata practica quotidiana confirmant, imo BELLINUS, ET MAGNUS BOERHAVIUS obſervaverunt vitellum ovi putrefactum ad pauca grana datum moleſtam produxiſſe hypercatharſin. Denique quum pinguis corruptus humor ventriculo & inteſtinis contentus ventriculi motum ſuo alieno ſtimulo reddat inordinatum antiperiſtalticum, verbo omnino invertat, inteſtinorum autem periſtalticum motum inſigniter augeat & ad frequentes excretiones, ut ſtatim vidimus incitet, generabit choleram vehementem ſcilicet & copioſam evacuationem humoris acris per os & anum ſimul, hinc bene dicit Celeb. J. DE GORTER *in Syſtemate Morb. Part. Lib. IV. Tit.* 2. *Cap.* 385. §. 3. *ingeſta copioſiora, maxime pinguia, & dyſpepta; in cavo ventriculi & inteſtinorum retenta, cacochyliam rancidam producentia hunc morbum ſaepe generant.*

§. V.

Si ex inteſtinis à vaſis reſorbentibus reſorbeatur corruptus pinguis humor, & maſſae ſanguineae communicetur, eandem inficiet & corrumpet ita mutabit ut admodum prona ſit in putredinem & ſubito diffluat

in putridum liquamen, si liberiori aëri exponatur, & licet aëri non exponatur, in ipso etiam corpore dissolvetur & nutritioni fiet inepta. Hinc quum, ut quaevis actiones fiant, partes solidae non modo bene cohaerere, verum etiam liquores blandam debitam crassitiem habere debeant, jam attenuati & acres humores aliena ingredientur vasa, & quaevis actiones turbabuntur & languebunt; nimirum appetitus manebit prostratus, sitis, nausea & vomitus vexabunt, indicio Naturales Functiones languere & turbari; respiratio erit parva, anhelosa, frequens, pulsus inaequalis & frequens, indicio Vitales Functiones affici & turbari; virium denique maxima aderit debilitas, somnolentia vexabitur aeger, ut & lassitudine indicio Animales Functiones admodum esse languidas & turbatas, nascentur febris putrida, marasmus, sudores colliquativi nocturni, alvi fluxus putridus, & tandem mors, ut apparet in specie tabis, quae consumtio anglis dicitur, in qua sine ullo fere pulmonum vitio homines consumuntur, morbus videtur hic originem debere nimio usui carnium, quo fit, ut humores nimis reddantur alcalini, attenuentur, unde perit nutritio sudoribus diffluunt vide G. VAN SWIETEN *in Comment. ad aph.* MAGNI BOERHAVII *Tom.* I. *Aph.* 86.

§. VI.

In curandis malis ex hocce humore pingui corrupto oriundis, ad haec tria praecipue erit attendendum. Nimirum 1°. ut evacuentur corrupta. 2°. ut evitentur, quae facile corrumpi possunt. 3°. ut curentur causae quibus factum fuit, ut pinguia ingesta fuerint corrupta.

§. VII.

§. VII.

Quo ad primum obſervandum, quod, ſi in ventriculo haereat corruptus humor pinguis, quem cognoscimus ex ipſius effectibus in §. 3. propoſitis, ſtatim debeat expelli è ventriculo vomitorio aceſcente praeſcripto, ſi autem haereat in inteſtinis, in quibus eundem haerere cognoſcimus ex effectibus in §. 4. propoſitis, debeat expelli purgante aceſcente remedio, quo & ventriculus & inteſtina ſimul evacuantur & liberantur noxio illo humore.

Quo ad ſecundum obſervandum, ne ingerantur pinguia vel alcaleſcentia, quae ſuppeditant novam materiam, è qua naſci poſſit corruptus humor, ſed contra ut aſſumantur acida & quaevis aceſcentia, quae non facile corrumpuntur & reſiſtunt generationi corrupti noſtri deſcripti humoris, quaeque emendant vel corrigunt illum humorem.

Quo ad tertium denique curandum, ut tollantur cauſae, quae permiſerunt generationem hujus corrupti humoris, cauſae hae ut in §. 2. videre eſt, ſunt 1°. actio ventriculi debilior, 2°. defectus humorum menſtruorum, ſive ipſis deficiat quantitas ſive requiſita qualitas, hae ergo cauſae erunt tollendae, tolluntur hae optime per Medicamenta Roborantia Stomachica Antiſeptica diu adhibenda, ut ventriculo & inteſtinis ſua reſtituatur actio, & non permittatur collectio in iisdem corrupti pinguis humoris, debent haec Remedia etiam eſſe Saponacea ut nimirum defectum humorum menſtruorum ſuppleant & alvum laxam ſervantia, ut ſic continuo qui forte degeneravit & corruptus eſt humor expellatur, & nova ingeſta ab eodem non corrumpantur & convertantur in ſimilem corruptelam:

Ea-

Eadem haec cura etiam obſervanda erit, ſi corruptus hicce humor pinguis fuerit communicatus ſanguineae maſſae adeoque nil de eadem dicam, ſed me accingam explicationi capitis ſecundi quod ſequitur.

CAPUT SECUNDUM.

De morbis ex humore bilioſo ſtricte ſic dicto corrupto oriundis.

§. VIII.

Bilis eſt humor oleoſus, ſaponaceus, ſolvens amarus flavus ſummum animalitatis characterem ſibi impreſſum habens, eſtque duplex illa bilis, Hepatica altera, Cyſtica altera, differens colore, ſapore, conſiſtentia & efficacia. Hepatica, quae in hepate ſecreta ex eodem per ductum hepaticum in choledochum communem vehitur, per quem ducitur & effunditur in duodenum, prope ventriculum eſt blandior tenuior minus flava, minus acris, non amara, fere inſipida, fere inquam quia ſubſalſa quodammodo eſt, non alcalina ſed alcaleſcens, ut patet, ſi prudenter inciſo ductu hepatico effluens deguſtetur bilis, deguſtata enim nullum acrimoniae aut amaroris dat indicium. Cyſtica quae cyſtide, ſic dicta fellea continetur eſt acrior, amara admodum colorem flavum tingentem habens, magis craſſa, fuit haec antea vera hepatica bilis, mora autem in cyſtide & reſorpta tenuiore aquoſa diluente parte ita mutatur, ut alias omnino recenſitas induat qualitates, inſignem Saponaceam poſſidet vim, qua apta eſt diſſolvere & dividere quidquid eſt tenax, glutinoſum

ſum pingue attenuare & reddere miſcibile aquoſis, ſic ut inde valente inteſtinorum actione & auxilio requiſitorum aliorum menſtruorum humorum poſſit praeparari chylus â lacteis vaſis reſorbendus, actione aliorum viſcerum & vaſorum in humanam indolem & ipſum humanum corpus convertendus.

§. IX.

Ex dictis in praecedente §. VIII. conſtat bilem hepaticam & cyſticam per ductum choledochum communem, in quem per ductum hepaticum & cyſticum corrivatur, vehi & effundi in duodenum inteſtinum prope ventriculum, ut ibidem ſolvat, attenuet & dividat ingeſta. Pars hujus intime chylo miſta cum eodem â lacteis abſorbetur vaſis, Pars alia recipitur â venis reſorbentibus aliis meſeraicis & ad hepar reducitur, Pars alia manet miſta, materiae ingeſtorum recrementitiae, cum eadem per inteſtinorum tractum ad anum vi motus inteſtinorum periſtaltici, qui ab ipſa hac incitatur bile, pellitur & per eandem eliminatur. Si contingat ut in inteſtinorum cavo colligatur, bilis admodum putreſcibilis, brevi tempore corrumpetur & corrupta hac omnis appetitus deſtruetur, hinc ventriculus cibis non diſtendetur & omnis humor ſecretus ex hepate pancreate & extremis arteriolarum in cavum duodeni hiantium, quem jejunum ob multas quas intus habet rugas non tam facile transmittit, in vacuum ventriculum regurgitare poterit, ubi liber aëri datur acceſſus, hinc multum promovebitur corruptio, & per corruptum ventriculo contentum humorem bilioſum, periſtalticus ventriculi motus turbabitur & invertetur, producens nauſeam vel vomitus aut ſal-

tem eructationes frequentes materiae biliosae corruptae, quae stipantur, sic dicta soda, sensu nimirum intolerandi fervoris in ventriculo, qui ad fauces usque adscendit, cardialgia saepe etiam vexatur aeger, si scilicet ab humore bilioso corrupto ut in praecedente capite de humore pingui corrupto vidimus, vellicetur sensile superius ventriculi orificium, sitit etiam ob datam ibidem rationem, & maximam patitur anxietatem circa cordis scrobiculum, ubi haeret orificium ventriculi superius, percipit ibidem ponderis prementis sensum aeger, forte quod magni paris octavi nervi circa ventriculi orificium superius locati, qui dein per omnia abdominalia viscera distribuuntur, irritato superiori ventriculi orificio irritentur, irritati ventriculo inferant spasmodicam contractionem, qua actio ventriculi impeditur, è qua impedita generatur anxietas, per horum nervorum consensum etiam fiet, ut aeger patiatur cephalalgiam & gravi vertigini sit obnoxius. Flavet & foetet in hoc ut in descripto humore pingui corrupto lingua & halitus.

§. X.

Quod attinet ad symptomata, si bilis corrupta in tractu intestinorum haeserit, haec eadem fere sunt cum illis, quae producuntur ab humore pingui corrupto, fere dico, quum nonnulla inveniantur, quae prae aliis magis afficiant, si bilis corrupta in primis praedominetur viis, ut diarrhaea biliosa, quia corruptae bilis stimulo ad continuas excretiones intestina incitantur, quibus ipsis eliminatur bilis, si haec non eliminetur, sed perpetuam faciat nauseam, ut aliquando in morbis biliosis putridis fit, tum nisi expellatur Vomitorio corrupta bilis, vel corrigatur acidis & acescentibus, circa finem morborum diarrhaea putrida biliosa

liosa nascetur, jam periculosa, quia vires à praegresso morbo admodum sunt fractae, incipiente autem morbo salutaris, quia nimirum evacuat illam morbosam materiam, quae graviora, si retineretur, posset producere mala, nam si retineatur in intestinis, mora in iisdem fit acrior, magis saponacea, abstergens mucum naturaliter intestina sensilia intus obducentem & contra quamvis laedentem acrimoniam defendentem, unde atrocissimus intestinorum nascetur dolor, qui singulari *colicae biliosae* nomine appellatur, hoc dolore injecta veluti fascia abdomen constringitur aut quasi in punctum contrahitur dolor & veluti terebrando afficit jam remittens, mox iterum recrudescens, in principio hujus dolor vagus per omne abdomen percipitur, minus frequenter vomit aeger & alvus laxanti præscripto remedio auscultat, si autem aliquamdiu duraverit dolor, quodam determinato in loco veluti figitur, in punctum contrahitur, in quo puncto dolentissimæ terebrationis sensum exhibet, vomit frequenter & vehementer jam etiam æger & alvus vehementer constipatur, imo non raro transit in volvulum, iliacam passionem, miserere mei dictum, quo quævis intestinorum contenta excrementis ne quidem exceptis, alvo vehementissime constipata & ano adeo contracta, ut nil in eandem immitti possit, per vomitum redduntur intolerabili dolore circa locum intestini ilii percepto, Si modo memoratum non generetur symptoma, tum quia bilis acris intestinorum cavo contenta tollit saponacea sua vi mucum intestina oblinientem, quo sublato dolorifice irritat sensilia nuda intestina, producit *dysenteriam*, nimirum frequentes & copiosas mucosas dejectiones per anum, quibus stercorosa aliquando interponitur materia cum ingente

cruciatu & molesto omnium viscerum veluti descensu, quoties alvus exoneratur. Dejectionibus dictis, quia ab acri rodente bile intestinorum vascula roduntur & aperiuntur, ut sanguinem effundant, striæ sanguineæ sæpe admiscentur & progressu morbi purus eliminatur sanguis, eo usque procedente morbo, ob remittentes febres quibus semper vexatur æger, lingua redditur sicca sub albida, tegitur aliquando densa mucilagine, quæ jam est albicans, jam flava, jam fusca vel nigra, vires prosternuntur, aphthæ post præviam sensationem intolerabilis anxietatis & ponderis circa præcordia & in abdomine, interiora oris & faucium occupant, præprimis si materiæ morbosæ peccantis evacuatio adstringentibus remediis præpostere fuerit impedita, hisce symptomatibus accedit tenesmus, id est assiduus ad desidendum stimulus, dum tamen nihil praeter mucosum quoddam & subcruentum rejicitur, vel etiam purulentum, si â prædicto irritamento intestinorum inflatio fuerit producta, quæ in suppurationem transiit.

§. XI.

Si per quamcunque causam sanguini miscetur corrupta bilis, ardentissimam omnia destruentem producet febrem; nam bilis acrimonia vitae actionibus omni momento augetur, hinc fit, ut laesis tenerrimis cerebri & cerebelli vasculis observentur delirium, sopor, convulsio, quæ mala, nisi ars subito his occurrat, mors sequitur, corruptis omnibus humoribus, ut licet minima vascula non destruerentur, actionibus peragendis, quæ æque ab humoribus quam solidis bene constitutis pendent, fierent inepti, corrumpi humores apparet ex secretis a massa humorum, quæ omnia sequuntur indo-

dolem maſſæ, unde ſecernuntur, hinc urina naturali lege ſales oleaque ſanguinis acriora & putrescibilia ſecum vehens & è corpore educens apparet corrupta, nimirum foetens, flammea, flava, tenuis, acris, ſudor ipſe qui è corpore ubique erumpit ſuo foetore ſatis ſuperque indicat omnem humorum maſſam eſſe corruptam, calor mordax, qui ſemper humorum putrefactionem comitatur & in hoc morbo ingens obſervatur, rem probat, nam qui antea circa præcordia & in abdomine obſervabatur urens, hærente in ventriculo & inteſtinis bile corrupta, jam miſta eadem maſſæ ſanguineae & corrupta inde dicta maſſa per univerſum obſervatur corpus. Non raro contingit ut vi moleſtiſſimi vomitus, qui vexat haerente corrupta bile in ventriculo & inteſtinis, bilis vaſis bilioſis contenta retropellatur & ſanguini miſta icterum faciat, dum enim homo vomit, viſcera abdomine contenta convulſivo diaphragmatis & muſculorum abdominalium motu validiſſime comprimuntur, atque per hanc compreſſionem retrogrado motu ſecreta bilis retro pellitur in venæ portarum ramos atque ex his vel per venæ cavæ reſpondentes ramulos in ſanguinem vel & forte una cum ſanguine venae portarum retroprimitur in arterias, mutari enim poteſt ſanguinis directio in arteriis, ſi major ſit reſiſtentia circa illarum fines, quam, eſt vis premens ſanguinem â principio vaſis ad ipſius finem, quum itaque facta majore reſiſtentia circa fines venae portarum arterioſo ſanguini per hos fines fluxuro reſiſtentia naſcatur, poterit ſanguis per vomitum compreſſis his partibus retroprimi in arterias, praecipue cum in venae portarum ramis per meſenterium disperſis nullae ſunt valvulae, quae huic retrogrado ſanguinis motui reſiſtere poſſunt, hoc modo ſi bilis

delata fuerit intra maſſam ſanguineam producet icterum, qui ſi diu durat, ut bilis corrumpatur quodammodo, ſanguinem diſſolvet & ad putredinem diſponet, unde febris ſic dicta putrida colliquativa bilioſa naſcetur, vel ſi haec non naſcatur ob diſſolutam nimis humorum maſſam poſt icterum peſſimus naſcetur hydrops cum colore flavo per univerſum corpus apparente, unde etiam fit, ut hunc hydropem Belgice appellare ſoleamus *het geele water*. Præ aliis hydropis ſpeciebus periculoſus eſt hic hydrops, quia maxima ad putredinem diſpoſitio hoc in hydrope humoribus ineſt, tum illis qui in vaſis continentur, tum illis qui extravaſati alienis locis continentur dum in alio hydrope humores ſunt blandi, veluti vappidi non qualitate ſed quantitate ſola peccantes, qualitate auſimul peccantes, ſi corrumpi coeperint, quando inſigniter, ut omnibus, quibus levia ſcientiae medicae principia ſunt cognita, conſtat, hydropis periculum increſcit & malum redditur majus quam ut arte tollatur, hoc itaque periculum, ſi tantum habeatur, quid mirum, quod majus habeatur periculum hydropis flavi, in quo ſtatim â principio maxima illa humorum ad putredinem adeſt diſpoſitio, quæque de die in diem increſcit & augetur.

§. XII.

Propoſitis effectibus, quos producit bilioſus corruptus humor contentus ventriculo & inteſtinis vel & miſtus humorum generali maſſae, brevibus proponam, quomodo ſit medendum huic humori, & malis hinc oriundis. Nimirum hicce corruptus humor, quum nec actione ipſius corporis, neque ulla humana arte in ſanum

ſanum converti poſſit humorem, ſed continno pejorem induat indolem & graviora, ut è dictis colligi poteſt, inferat mala, erit è corpore expellendus per vomitorium acescens diluens, ſi ex effectibus conſtiterit ipſum in ventriculo haerere, per purgans ſimile aceſcens refrigerans, ſi effectus docuerint humorem hunc in inteſtinis contineri, notandum autem hic, purgans praeſcriptum non ſemel & ſimul eſſe ingerendum, ſed partitis vicibus, quia bilis corrupta fortiore & acriore ſuo ſtimulo eo tempore quo purgans operatur ſimul ad frequentiores dejectiones poſſet irritare inteſtina, quae contingentes eo tempore, quo inteſtina ope remedii ad frequentiores dejectiones etiam inſtigantur, generare poſſent incompeſcibilem periculoſam admodum hypercatharſin, quae facile praevenitur, ſi partitis vicibus purgans remedium praeſcribatur ingerendum. Si effectus docuerint ipſam maſſam ſanguineam eſſe infectam & corruptam, praeſcribenda erunt ſtatim remedia Aceſcentia acida refrigerantia, alvum laxam ſervantia, quibus fit, ut continno ad inteſtina alliciantur majore copia humores & per anum eliminentur, ferente aegro facile talem evacuationem, ipſa hac evacuatione praevenitur omnis collectio humoris corrupti, quo acida & aceſcentia ingeſta poſſent inſici & in ſimilem corruptelam converti. Vena hoc in morbo non eſt ſecanda, nam venae ſectione non educitur bilioſus omnis corruptus humor & corpus magis redditur aptum, ut corruptum humorem ex primis viis in ſe trahat. Quemadmodum in hoc malo omnia remedia debent eſſe acida atque aceſcentia, ſic etiam alimenta omnia acida vel aceſcentia eſſe debent & ſedulo evitari debent omnia alcaleſcentia, quae animale regnum ſuppeditat, adeoque piſces, car-

carnes earumque jura, gelatinae & ova aegris non erunt danda, licet laudentur vulgo ad vires erigendas, nocent, quia infigniter promovent bilis corruptionem, ob eandem rationem Calefacientia Stimulantia Aromatica etiam nocent, fi autem nimium debilitentur vires, quae facile cognofcuntur, praefcribendum erit Remedium cardiacum acefcens, quod fimul humorum corruptelae refiftit, hunc in finem convenit, ut aeger faepius de die refocilletur tantilla portiuncula vini Rhenani & bifcocti panis, qui eodem fuit maceratus.

CAPUT TERTIUM ET ULTIMUM.

De Morbis ex corrupto humore Pingui corporis Univerfi Oriundis.

§. XIII.

Abfolutis duobus prioribus capitulis de Morbis ex ingefto pingui humore corrupto, ut & humore biliofo ftricte fic dicto oriundis, fequitur Tertium & Ultimum Capitulum, quod tradet morbos ex humore pingui ubique in corpore obvio corrupto. Referuntur hi commode ad colliquationem pinguedinis, nimirum extinctam cohærendi potentiam inter particulas pinguedinem conftituentes, qua fit, ut degeneret in morbofum tenuem humorem. Duplex haec eft colliquatio, altera calida, altera frigida. Calida obtinet in phthifi producta a cujuscunque vifceris graviore exulceratione & præprimis pulmonis, morbisque acutis, oritur ex corrupta puris pingui parte & liquefacta

facta corporis pinguedine, quae acrimoniam calidam exhibet, producitque mordacem calorem cum urina crassiuscula, rubicunda, sedimentosa, sic tamen ut sedimentum facta urinae conquassatione facile & intime urinae permisceatur nec inquinet latera matulae.

§. XIV.

Producitur hæc colliquatio, ut è dictis in præcedente §. constat, a graviore *exulceratione pus* corruptum massae sanguineæ, vel pus quod dum massae sanguineae est mistum corrumpitur, communicante, massam sanguineam corrumpens, & efficiens ut omnis inde secretus & secernendus humor inficiatur & corrumpatur; *spina ventosa & carie ossium*, medulla corrupta resorpta & massae humorum communicata, qua fit, ut quemadmodum statim est dictum massa humorum inficiatur, corrumpatur, corrumpantur & omnes inde secreti humores pingues, atque corrupti & liquati eliminentur cum summa corporis extenuatione & continua hectica febre, qualem emaciationem & hecticam â carie & medulla corrupta liquata & resorpta productam vidi in quadam octodecim circiter annorum puella, quae horrenda ossis tibiae laborabat carie curæ Cl. Promotoris commissa, cum quo saepius eandem visitare mihi licuit; *morbis acutis ardentibus*, in his morbis observatur maximus motus circulatorius & calor, quo calore liquescit pinguedo tegmine celluloso contenta, & quo motu propellitur è cellulis dicti tegminis in venas, in quas si fuerit pulsa, miscetur sanguini venoso, cum quo defertur ad cor, & è quo, absoluto per pulmonem itinere, cum arterioso sanguine per arterias fertur ad renes, quorum ope secernitur â sanguine & cum urina redditur, innatans con-

ferta admodum urinae, hinc bene dixit HIPP. Aph. 35. Sect. 7. *quibus autem pingue est & confertum quod supernatat, his affectiones nephriticas & acutas significat.* In obesis, si validiore musculari motu sua exerceant corpora, sæpe liquata majore calore, pinguedo evacuatur, apparens conferta in urinae emissae superficie, si diutius durent acuti morbi & humores magis alcalescant & magis ad putredinem reddantur proni, corrupta pinguedine redditur urina spumosa foetens & non talis quae pingue confertum habet supernatans, mire haec colliquatio intenditur, si bilis corrupta omnia liquida ob summam saponacitatem dissolvens admisceatur massae humorum.

§. XV.

Promovetur multum haec colliquatio calore, ut docent quotidiana observata & experimenta, quibus constat, quod pinguedo in loco calido citius & fortius putrescat & colliquescat, quam in loco frigido, arcente frigore putredinem, imo inflammatorius calor disponit ad putredinem, probante gangraena & sphacelo sequentibus vehementiorem inflammationem. Hoc ipsum suo tempore observavit HIPP. dum dicit Aph. 20. Sect. 3. quod vere fiant insaniae & melancholiæ, quia materia melancholica calore vernali solvitur, acris fit, soluta & acris ad cerebrum fertur, ubi multas generat turbas & insanias, ad colliquationem jam putridam producendam non refert, utrum ab interna causa morbosa producatur ille calor, utrum â motu musculari, utrum â lecto & foco, utrum â spirituosis calefacientibus vel radiis solaribus, nam eodem modo generatur colliquatio putrida, docemur hinc facile

1°.

1°. admodum esse noxium variolis laborantes nimis includere lecto, tegere stragulis & servare in calidiore conclavi accurate clauso 2°. cur homines variolis laborantes pluribus stragulis tecti vel calidiore regimine & Remediis tractati Calefacientibus, frequentius praeprimis si confluentes fuerint variolae, infestentur vesiculis ichorosis, petechiis, sanguinis effluxu ex integra cute, & ipso oculorum albo, relaxatis tantum vasculis alias rubrum sanguinem non admittentibus, ut eundem admittant colliquatum, ipsique admisso permittant exitum, nullo caeterum in oculo existente vitio, quemadmodum accepi â Cl. Promotore, qui in pessima variolarum confluentium specie, corporibus aegrorum, ab hominibus rerum harum ignaris, nimium tectis, pluries talem casum observavit.

Promovetur Humiditate colliquatio, quemadmodum quotidiana etim docent observata, quibus est notum, quod carnes & pinguedo exsiccatae non tam facile putrescant, qnam non exsiccatae, confirmat hoc ipsum Cl. HOFFMANN. *in Med. Ration. System. Tom.* I. *P.* 60. *Humida quies ad putredinem maxime disponit &* HIPP. *Aph.* 16. *Sect.* 3. *Morbi autem in pluviosis quidem plerumque fiunt, & febres longae & alvi fluxiones & putredines.* insigniter promovet hanc in vivo corpore colliquationem, dum minuit insensibilem perspirationem, qua multus exhalat, qui nunc retinetur, corruptus humor. Veterum multi quum observarent humiditatem promovere putredinem, in morbis acutis ardentibus & putridis, ne intenderetur putredo voluerunt, ut non solum quantum fieri posset, humores evacuarentur, sed etiam ut aegri nullum potum putredinem humiditate promoventem ingererent, non sine maximo aegrorum damno, qui, li-

cet appetant potum copiofum aquofum diluentem, & acidum corrigentem ut antea obfervavi, propter humorum defectum ita viribus exhauriuntur & privantur, ut brevi & virium defectu & humorum refiduorum increfcente acrimonia pereant.

Promovetur denique colliquatio putrida aëris libero acceffu, qui fuo motu ofcillatorio motum inteftinum fpontaneum putredinis videtur augere, quo aucto infigniter augetur corruptio vel putredo, ut apparet ex pure & aqua, quae diu ulla fine corruptela fervantur in loco, ubi aëri negatur acceffus, imo omentum quod in abdomine contentum non corrumpitur, fi ex eodem excidat, corrumpitur, dicit enim HIPP. *Aph.* 58. *Sect.* 6. *Si omentum exciderit neceffe eft putrefieri.* Idem hic aër fi putridis corruptis exhalationibus fuerit infectus, quae ope infpirationis, deglutitionis, abforptionis per vafa abforbentia vel penetrationis per fpatiola relicta inter particulas folidas intra corpus feruntur, multo magis promovet putredinem & tum praeprimis fi poft talem calidiorem corpori applicatum aërem fubito oriatur frigus poros cutaneos conftringens & claudens, fic impediens, ut putridae corruptae particulae exhalare nequeant, quae retentae deftruunt & diffolvunt humores, quibus permifcentur. Intelligitur hinc quomodo ex hac caufa generari poffint morbi putridi Epidemii & promoveri filentes Endemii morbi quia nimirum exhalationes calore attenuatae & elevatae per frigus condenfatae & graviores factae defcendunt ad telluris fuperficiem, inficiunt atmofpheram in qua homines verfantur, qui inde afficiuntur, ita ut morbis corripiantur iisdem, intelligitur & hinc, cur mutationes tempeftatum frequentiores in calidas, humidas, frigidas, ficcas faveant morbis putridis & ipfe, HIPP. ob-

obſervatis his dixerit ſect. 3. aph. 1. *Mutationes anni temporum maxime pariunt morbos: & in ipſis temporibus magnae mutationes aut frigoris aut caloris, & alia pro ratione eodem modo.* Addi his omnibus debet, quod colliquatio putrida multum promoveatur, 1°. retentis illis, quae excernenda erant, quae omnia ſunt alcaleſcentia oleoſa corrupta, uti conſtat è materia inſenſibilis perſpirationis, urinae, & foecum alvinarum, quae foetorem putridum non ſolum ſpirant, ſed aliquando cum ipſis efferveſcunt acidis. 2°. novo chylo ſanguine non ſatis refecto, ut in inedia rigidiore, quo fit, ut diſpoſitio in alcaleſcentiam ſenſim increſcat, cui nimiae occurrit chylus aceſcens, convertendus actione viſcerum & vaſorum in humanam alcalescentem indolem.

§. XVI.

Si corrupta fuerit pinguedo & in liquamen acre converſa, humorum colliquationem putridam generat dignoſcendam â colliquatione producta ab aquoſis acidis & ſalinis aliis, per febrem remittentem, horrorem adverſus quaevis alcaleſcentia, colorem ſanguinis ſanum vel nigricantiorem, deficientem concrescibilitatem ſi in calore vel frigore ſtagnet, citiorem putrefactionem ſi in calore ſervetur & ingratum magis odorem, quem ſpirat emiſſus ſanguis. Ipſa autem hæc putrida colliquatio producit *febrem hecticam*, qua febre promovetur rurſus ipſa colliquatio, cujus inſeparabilis comes eſt calor mordax, putredini alcalinae quae in hac colliquatione praedominatur, originem debens, *emaciationem* quia humores corrupti corpus nutrire non poſſunt, & ingeſta antequam in huma-

nam indolem convertuntur, jam fere corrumpuntur, Dein quia humores evacuantur forma ſudoris colliquativi, urinae copioſae oleaginoſae, & alvi fluxus colliquativi, non tamen ſemper obſervantur hae evacuationes ſenſibiles, aliquando inſenſibiliter humores evacuantur & tum totius corporis ſimul perpetua obſervatur ſiccitas, ratio eſt, quod humores in tenue adeo liquamen reſolvantur, ut inſenſibiliter exhalare poſſint, ſi augeatur acrimonia humorum colliquatorum, generantur puſtulae rubellae, quae indicant humores acres ferri ad cutim, ſubſiſtere in extremis vaſculis cutaneis ſpaſmo contractis quae inde irritantur & ad quae majore copia humores fluunt, ſic ut inde diſtendantur & puſtulas exhibeant, generantur maculae, quia humores attenuati ex ultimis arteriarum cutanearum extremis elabuntur & effunduntur in cutis ſuperficiem ſub Epidermide. Praeter haec ſymptomata naſcuntur alia ut *dolores* variis in partibus, quia acres humores applicantur variis partibus ſenſilibus, *Delirium* quia acres corrupti humores turbant aequabilem humorum per vaſa Encephali motum, ut & ſpirituum aequabilem motum, quo turbato, alienae ſenſorio communi inferuntur affectiones, quibus fit, ut homo aliena percipiat, conetur & agat nec patiatur, quum tales generentur affectiones ut ratiocinio corrigatur, *Tuſſis* quia humores acres continuo per pulmones trajiciuntur, qui inde irritantur & ad tuſſim producendam incitantur, *Horrores* ob applicationem humorum acrium partibus ſenſilibus irritabilibus & mobilibus, *Facies Cadaveroſa cum colore lurido* ob defectum humorum, quo fit, ut vaſa non impleantur bonis humoribus, unde rurſus fit, ut collabantur & flacceſcant partes, ſuoque naturali priventur colore, depen-

den-

dentibus omnium partium adeoque & faciei torositate & colore ab humoribus bonis vasa implentibus, *Nausea Fastidium* ob humorum corruptorum confluxum in ventriculum, quibus fit, ut ventriculi naturalis peristalticus turbetur motus, & generentur nausea & fastidium.

§. XVII.

Causis & effectibus humoris pinguis corrupti propositis, ipsa Curatio jam erit proponenda, quae absolvitur victu acescente, Remediis corruptioni humorum resistentibus, corruptos humores expellentibus & mitigatione symptomatum.

Quoad victum, hic debet esse acescens, ut dixi, id est talis, qui sponte sua in acidum abit, si aliquam subeat mutationem, quia acidum putredini est oppositum, ad hunc victum pertinent olera mollia acescentia, farinosa, fructus horaei, qui succo suo saponaceo abstergente plurimum praestant in corruptione pinguedinis vasis circulatoriis adhaerentis, convenit non solum succus crudus, sed etiam fermentatus, quia est Cardiacus Roborans, si nimia adsit virium debilitas, hujus aliqualis usus etiam est permittendus, si aeger spirituosis fuerit adsuetus, hinc tenue vinum rubrum, rhenanum, moscellanum saepe adeo reficit putridis morbis decumbentes & debilitatos.

Quoad Remedia corruptioni humorum resistentia, haec debent esse acida vegetabilia vel fossilia, ut oleum vitrioli, spiritus sulphuris per campanam, spiritus nitri, praeprimis tamen oleum vitrioli & spiritus sulphuris per campanam, quia si adsumta fuerint nunquam actionibus corporis mutantur, licet motus validus febrilis etiam ad-

adfuerit, & pinguem liquatum humorem crassiorem reddunt, unde forte á Sydenhamo in pessimis nigris & petechiis stipatis confluentibus variolis, nec non in febre acuta cum mictu cruento tantopere fuit laudatus vitrioli spiritus dilutus cerivisia tenui vel aqua, conveniunt etiam nitrum, tartarus vitriolatus & diluentia acescentia, ut serum lactis.

Quoad Remedia corruptos humores expellentia, haec debent etiam esse acescentia saponacea, ut mel cum aceto, Rob Rebesiorum, Tamarindi, erumque pulpa Cremor Tartari, Tartarus Vitriolatus, Nitrum, & omnia Saponacea Refrigerantia abstergentia, quibus omnibus lenis additur stimulus sollicitans organum maxime destinatum evacuationi humoris corrupti, lenis inquam debet addi stimulus, ne majore stimulo major nimium debilitans generetur evacuatio.

Quoad mitigationem symptomatum, notandum, quod haec, si graviora sint, quam ut ferri possint, sint lenienda mollibus obtundentibus talibus, quae non transeunt in rancorem dum corrumpuntur, sed in acidum, qualia sunt Emulsa è farinosis & aqua confecta, quae stagnando acescunt & terrae medicatae, quae recondunt multum viscidi & acidi, quod omni putredini resistit & innocua lenitate demulcet omnia, unde in dysenteriis putridis tantum usum habent, modo satis magna dosi exhibeantur, uncia una emulgendo quasi in libra aquae diluta, deinde cochleatim sumta, pulcherrimos effectus praestat, ubi ad pauca grana dantur, nil efficiunt. vid. Cl. G. VAN SWIETEN *in Comment. ad aph.* Magni BOERHAVII *Tom.* I. *P.* 128.

§. XVIII.

§. XVIII.

Dixi colliquationem duplicem esse, calidam alteram, de qua est dictum, frigidam alteram, de qua brevibus nunc erit dicendum. Post chronicos morbos saepe observatur, ut post intermittentes febres exstinctas & sublatas eo tempore, quo ipsarum ope naturae adhucdum opus erat ad materiam morbosam subigendam & expellendam; post morbos acutos, qui transierunt in chronicos & post diuturna tristiora animi pathemata, quibus humorum motus minuitur, humor sanguineus & pinguedo colliquefiunt & acrimoniam contrahunt, unde fit, ut febris remittens accendatur, corpus emacietur diffluat sudore colliquativo, pingui, frigido guttatim superficiei cutis externae adhaerente, urina eliminetur flava, crocea, pellucida, spumans.

§. XIX.

Duae potissimum hujus videntur causae. Prima est inducta & relicta major debilitas organorum chylopoëticorum & haematopoëticorum, qua fit, ut ingesta nec ut decet praeparentur, nec in bonos humores convertantur, sed ipsi etiam boni humores degenerent, minus promoti inviscentur, dein liquescant & acres fiant. Altera causa est relicta in humoribus corruptela, qua fit ut chylus sanguini communicatus non in humanam indolem, sed corruptelam convertatur, urina, quae tum redditur, observatur copiosa colorata & saepe spumans atque tenuis ullo sine sedimento, interdum turbida, crassa, spumans latera uros-

copii inficiens, sedimentum multum continens, quod urinae conquassatae difficillime permiscetur, sed instar filamentorum per urinam haeret dispersum. Qualis nunc observatur urina, talis est etiam lympha, quae per vasa lymphatica cutis & oculorum vehitur; hinc color â lympha candida antea candidus, jam corruptis humoribus degenerat in flavum vel ex pallido flavescentem, ab his causis saepe fit, ut â morbo convalescens & bene edens emacietur, ingestis non conversis in corporis naturam & bonis humoribus magis degenerantibus hinc HIPP. *Aph.* 31. *Sect.* 2. bene dixit, *A morbo belle comedenti, nil proficere corpus, malum est*, & Aph. 32. sect. ejusdem *ut plurimum omnes, qui male habent circa principia quidem bene comedentes, & nil proficientes, adfinem rursus cibum non appetunt.*

§. XX.

Quod ad effectus attinet, hi sunt omnes colliquatorum humorum, adeoque *evacuationes* humorum non naturales, morbosae, forma sudorum oleosorum copiosorum, urinae oleosae foetentis copiosae, alvinarum foecum tenuium nigrarum foetentium, *corporis extenuatio, horrores, dolores vagi & ipsa tandem hectica febris*. Effectus hi, si morbus eo usque processerit, conveniunt cum illis colliquationis calidae, â qua tamen producti non judicantur, si sequantur morbos chronicos, acutos chronicos factos, & tristiora animi pathemata longiora. Unde etiam semper inquirendum in mala, quae praecesserunt, ne aliena adhibeantur Remedia.

§. XXI.

§. XXI.

Colliquatio haec curatu admodum eſt difficilis, quia omnis corrupta humorum maſſa eliminari ſenſim debet, in ſanam enim corrupta converti non poteſt, nec facile quod ingeritur, viſceribus debilibus, & humoribus corruptis exiſtentibus, in ſanum corpori utilem convertitur humorem, unde ſponte manifeſta fit ratio difficilis curae, licet haec ſit difficilis, ea tamen eſt tentanda aliis Remediis, quam quibus ſuſcipitur cura calidae colliquationis, nimirum Remedia debent eſſe Antiſeptica leviter ſtimulantia & motum augentia, adeoque Gummoſa, Reſinoſa, Balſamica amara, dum calidae colliquationi adhibentur Remedia Refrigerantia, debent haec adhiberi Remedia, ſi prædominetur frigida colliquatio minima doſi, ne ſolita doſis nimium producat motum, & hoc producto augeat dolores, febres & evacuationes, quae incommoda, facile praeveniuntur, ſi â minima doſi fiat initium & ſenſim major praeſcribatur doſis, diaeta aceſcens ex hordeaceis, avenaceis, farinoſis convenit, praeterea convenit etiam, ut æger ſaepius de die adſumat parum vini rubri adſtringentis, quod egregie roborat, & quodammodo humores levi coagulandi vi incraſſat.

§. XXII.

Haecce ſunt B. L. quae ut legibus Academicis ſatisfacerem in lucem proferre decreveram. Fateor plura mala ſupereſſe explicanda, quae non explicui, quum propoſita ſint praecipua. Illis ergo omiſſis, ſtudens brevitati, cui ubique, ut B. L. obſervabit, ſtudui, diſſertationis faciam

F I N E M.

ADNEXA.

I.

In morbis biliosis atque putridis phlebotomia est omittenda.

II.

Aër humidus & calidus morbis biliosis aliisque ex humoribus corruptis oriundis nocet.

III.

Roborantia Antiseptica & acida in morbis putridis saepe sunt optima medicamenta.

IV.

Nullis morbis inflammatoriis, adhibenda sunt Purgantia Calefacientia.

V.

Oportet Medicum medicamenta praeparare, ut eadem recte noscat, fraudem praecaveat, & bonum effectum praedicat.

VI.

Cortex Peruvianus inflammatoriis veris morbis nocet.

VII.

Venae sectio nunquam in nitrosa acrimonia convenit.

VIII.

A D N E X A.

VIII.

Medicamenta Pectoralia saepe sunt Diuretica.

IX.

Uterus nequit adscendere ad fauces.

X.

Signa, quae ex sola urinae inspectione petuntur, sunt fallacia.

XI.

Clysmata nequeunt assurgere ad ventriculum usque, manente naturali intestinorum motu peristaltico.

XII.

Menstruae purgationi suppressae non semper convenit venae sectio.

XIII.

Opiata licet statim levamen adferant, cum maximo ægrorum damno omni morborum generi præscribuntur.

XIV.

Opiata solvunt, & constipant alvum.

TER INHULDIGING

VAN DEN WELEDELEN HEER

JOHANNES BIESMAN

Wanneer zyn WELEDELE redentwiſtende over de Ziektens, die uyt een bedorve Galagtige ſtof haar Oorſprong nemen, tot Doctor der Geneeskunde verklaart wierd.

WAt vreugde komt myn Ziel bevangen?
Nu gy myn Heer en waarde Vrind
Dien 'k altoos heb zeer teer bemind,
Word met het Lauwer Groen omhangen
Van 't Doctoraat. Uw' Edele Kunſt,
Die, in het eerſt, 't is waar wel laſtig,
Maar op het laaſt, voorwaar; ſtandvaſtig
Haar minnaars loond met ryke gunſt.
Dus wenſch ik, dat deez eerſtelingen
Van uwen Geeſt, hoe langs hoe meer,
Verſtrekken tot Jehovaas eer,
Op dat men ſteeds Uw lof mag zingen.

G. JANSSEN,

S. S. Min. Cand.

AAN

AAN DEN

WELEDELEN HEER,

JOHANNES BIESMAN,

Tot Meester der Geneeskunde ingehuldigt.

MEt regt noemd ieder een U 't puyk der Jongelingen,
Die met een noeste vlyt, vol geest, en schranderheid,
Op Gelderlansch Atheen, naar wysheids lauwer dingen,
En niet hun tyd besteen in vatze ledigheid.

Terwyl Gy naa veel stryds, Uw ziet een Kroon toeryken,
Een Kroon die thans Uw Hoofd nae Uw verdiensten çierd,
Waar mee Gy op deez dag, als Esculaap moogt pryken,
Dit blyde Feest verdiend met volle vreugd gevierd!

ndien myn Zangeres kon Uwe deugden roemen,
En nae den regten aard, U stellen op haar lier,
Zy zou Uw grooten Naam met diepen eerbied noemen,
Maar het ontbreekt haar aan de regte digters zwier.

Vas ergens Vrindschaps band, en waare deugd te vinden,
Gepaart met wys beleid, en regte zedigheid?
Ien vond die by U een, van myne beste Vrinden,
Die hebt Uw tyd besteed in groote Naarstigheid.

)us moet Gy hier op aard, Gods ryken Zegen smaaken,
Veel jaaren aan elkaar, tot dat Gy in de tyd,
Ioogt veler daegen zat, naar 't eeuwig heilgoed haaken,
Om eens volmaakt te zyn, in Zalems Heerlykheid.

L. ESSENIUS,
J. U. Cand.

AD
PRAESTANTISSIMUM
ATQUE
ORNATISSIMUM
JUVENEM
JOHANNEM BIESMAN
Cum in Medicorum Ordinem cöoptatus esset.

QUalis sanguineam victor gladiator arenam
  Egreditur parto munere conspicuus;
Talis Paeoniae post multa pericla palaestrae,
  BIESMANNUS lauru tempora vinctus ovat.
Felix cui facilem Medicus se praebet Apollo,
  Cuique favent sacri turba novena jugi!
Gaude sorte tua juvenum laus unica! Gaude!
  Haec fuerunt voti summa caputque tui?
Ecce suum Gelro redeuntem litore alumnum
  Gratantur *Bergae*, glaucaque nympha *Zomae*.
I pede felici! te publica commoda poscunt!
  Languida opem poscunt corpora, Mysta, tuam.
I pede felici! major tibi fama paratur,
  Inque tuis fiet querna corona comis.

PETRUS LUCRETIUS STRUCHTMEYER,
J. U. Stud.

NO-

NOBILISSIMO, PRAESTANTISSIMOQUE

JUVENI

JOHANNI BIESMAN

Cum ſummos in Medicina honores adipiſceretur.

TAndem poſt varios caſus, nubemque laborum
O BIESMANNE refers parta tropaea domum!
Sic poſt perdomitos hoſtes ſuperataque monſtra
Alcides facilem fecit in aſtra viam.
Sic etiam cauta comitatus Gnoſide Theſeus
Ad patrios rediit ſalvus ab hoſte lares.
Quare age promeritam virtutibus accipe laurum,
Accipe Phoebeis praemia digna comis!
Illa tuo dudum jam ſunt promiſſa labori!
Promeritos ſemper praemia tanta manent!
Macte ergo Phoebi vera & genuina propago!
Mox addet majus Fama benigna decus!
Otia vulgus amet? vulgo ſint otia curae!
Tu curſum pergas, quod facis, euge! tuum.
Sic *Berga* ante alias tollet caput, & Tibi dicet:
Tu meus es! cedas, quisquis es, Hippocrates!

JOHANNES WILHELMUS KRUGER,
J. U. Stud.

AAN DEN ZELVEN

WELEDELEN HEER

DEN HEER

JOHANNES BIESMAN

Doctor in de Genees-Kunst.

PHoebus wagen was verzonken
In 't Westen, en de Maan
Zag men boven 't aardryk staan.
Venus star hadt lang geblonken,
Toen my stilkens in het oog
Luipsche Morpheus nedervloog.

'K was pas op het dons gekropen,
Of my dunkt een hemelsch ligt.
Flikkerde voor myn gezigt.
Links zag ik Najaden lopen
Met de Goden in een ry.
D' een was boven d' ander bly.

'K zie haar dunkt my thans nog springen
In de wed in 't groene land,
Vrolyk, lustig, hand aan hand.
'K hoor haar, dunkt my, thans nog zingen
Vlegtende U een Krans myn Vrind
Van hun uitter maat bemind.

'K zal Hem, riep *Fortuin*, nu geven
Zegen, Voorspoed en Geluk;
Nimmer krenk' hem ramp of druk!
Door my zal Hy vol roem leven
Sprak de *Faam!* Door 't gansche land
Wordt zyn naam thans voortgeplant!

Toen

Toen zei een der *Schikgodinnen*:
Ziet zyn levensdraat van goud
Zy ons tot zyn end betrouwd!
Phoebus 'k zal U teer beminnen
Zoon, Want gy verdient myn Gunſt
Te ondervinden in u Kunſt!

Als Hy wordt door myne Schigten
Aangezet tot kuiſche Min,
Ja dan zal 'k haar hert en zin,
Die Hy doelt, voor Hem doen zwigten!
Ja zy wordt hem tot zyn deel,
Riep *Cupied* uit luider keel.

Ik hadt voorwaar nog meer gehoord.
Maar zie daar een booze muis
Maakte zulk een helſch gedruis,
Waar door myn ſlaap ganſch wierdt verſtoord.
'k Sprong daarop ten bedde uit,
Om te horen na 't geluit.

Dog vergeeffch. Zo ooit de dromen
Zei ik toen, eens worden waar,
Dan moet zeker binnen 't Jaar
Ons iets wonders overkomen.
'K Wed Heer BIESMAN krygt een Kroon
Voor zyn arbeid tot zyn loon.

Heeft men thans niet ondervonden
Dat bewaarheid is myn droom?
Ja myn Vrind de Lauwer boom
Is U om het Hoofd gebonden!
Houdt nu Goden, ook u Woord,
Ziet dan is myn wenſch verhoort!

toegeweid
door denzelven

J. W. KRUGER,
J. U. Stud.

TER EEREN

VAN DEN WELEDELEN HEER

JOHANNES BIESMAN

Als zyn WELEDELE tot DOCTOR in de Medicynen verklaart wierdt.

GElyk een Krygsman niet, dan na veel dapper ſtryden,
En Swoegen in het Veld, den Eeren prys geniet;
Gelyk een Bouwman zig ook eer niet kan verblyden,
Dan na dat hy het Koorn in zyne Schuuren ziet;
Zoo ziet men, dat Gy nu na lang en dapper vegten,
Niet met het Oorlogs tuyg, maer met Uw pen en mond,
Den Eeren Krans behaalt, als imand van de Knegten,
Die onder d' ſtryd Banier van God Apollo ſtond.
HEER BIESMAN veel geluk; dewyl GY zyt verheeven
Tot DOCTOR in dees kunſt; den Hemel kroon u werk,
En wil UW in uw doen zyn milde Zegen geven,
Zoo vliegd Uw naem en Faem door 't gantſche wereld ſwerk.

Amore
JOHANNES BERNARDUS BOCKSHOORN,
Med. Stud.